

128

Lib. II. Cap. VII.

e. g. superficiei albæ, seu quâ mediante substantiæ inest albedo, ratione albedinis contrariatur superficies nigrâ scil. ratione nigredinis. Sic linea curva lineæ rectæ contrariatur non per se, ut linea, sed ut curva, ut non linea lineæ, sed rectitudo & curvitas contrarientur.
Boetius ad cap. 5. lib. categ.

21. Nota 3. Videtur quidem magnum contrariari parvo, & parvum magno, & sic quantitati aliquid videtur contrariari: sed nulla est hæc contrarietas, quod ut intelligatur, sciendum, magnum sumi duplicetur 1. absolute, & sic est nihil aliud, quam quantum seu habens quantitatem, quâ ratione etiam minimum corpus potest dici magnum, i. e. aliquam habens quantitatem, & sic nullum habet respectum ad parvum, h. m. magno non contrariatur parvum, quia ad parvum hæc ratione nullum planè habet respectum. 2. Magnum sumitur *relative*, respectu sc. parvi, & sic illud tantum est magnum, quod importat quantitatem cum excessu, seu quod alterum nempe parvum quantitate suâ excedit, sicut mons dicitur magnus respectu collis, h. m. magnum & parvum opponuntur quidem, non tamen contrariè, sed relative, unde etiam aliâ atque aliâ relatione & respectu aliquid dicitur magnum & parvum. Vid. *Aristot. l. categ. c. 6.*

22. Secundum] ὁρακολεῖθηνα
quan-
tita-